

VOCABULARIUM LATĪNUM
VERBĪS ATQUE IMAGINIBUS EXPLICĀTUM

Cap. VIII

(Nota bene: ↔ = **contrarium**, antonymum)

VOCABULUM SŌLUM (AUT CUM IMAGINE)	IMĀGO VERBĪS EXPLICĀTA
<p>taberna, tabernae, f.</p>  <p>Taberna romana</p>	 <p>in hac tabernā māla, pira et alia pōma venduntur</p>
<p>gemma, -ae, f.</p> 	<p>video trēs pulchrās gemmas</p> 
<p>margarīta, -ae, f.</p> 	 <p>haec est līnea margaritārum</p>
<p>tabernārius, -ī, m.</p>	 <p>Qui tabernam habet tabernārius est. Albīnus tabernam habet in quā ornamenta vendit. Albīnus est tabernārius!</p>

ornamentum, -ī, n.



gemma



margarīta



ānulus cum gemmā



līnea cum margarītis =
līnea margaritārum

gemma, margarīta, ānulus cum
gemmā, līnea margaritārum sunt
ornamenta.

Ornamenta sunt gemmae, margarītae, ānuli, et cētera...

Multae fēminae **ornamentis** delectantur quia iīs
ornantur.



Aemilia multa **ornamenta** habet

ānulus, -ī, m.



ānulus cum gemma



ānulus




Lydia iam est laeta quia **ānulum** in digitō habet.










līnea, -ae, f.














līnea margaritārum


digitus, -ī, m.



	<p>in manū quinque digitī sunt.</p>  <p>Lydia tabernam Albīnī digitō monstrat</p>
<p>collum, -ī, n.</p> 	 <p>collum</p>
<p>pretium, -ī, n.</p> 	 <p>Mēdus: quantum est pretium huius ānulī gemmātī? Albīnus: pretium eius est centum sestertii. Medus: Quid? Id magnum pretium est!</p>
<p>sestertius, -ī, m.</p> 	<ul style="list-style-type: none"> - Quantum est pretium illius baculī? - baculum duobus sestertiis constat. - sed ego unum tantum sestertium habeo! 
<p>pecuniōsus, -ī, m.</p>	<p>Is quī magnam pecuniam habet pecuniōsus est...</p> 
<p>gemmātus, -ī, m.</p>	 <p>ānulus gemmātus gemmam habet. ānulus gemmātus pulchrā gemmā ornātur.</p>

<p>medius, -ī, m.</p>	 <p>Digitus medius est digitus qui in mediō est</p>
<p>quartus, -ī, m.</p>	
<p>vigintī 20 (=XX)</p>	<p>20 vigintī</p>
<p>octogintā 80 (=LXXX)</p>	<p>80 octogintā</p>
<p>nonagintā 90 (=XC)</p>	<p>90 nonagintā</p>
<p>vendo, vendere (↔ emō, emere)</p>	 <p>Albīnus est tabernārius qui ornamenta vendit. Quī pecuniam habent, pecuniam Albīnō dant et ornamenta emunt.</p>
<p>consisto, consistere (↔ ambulō, ambulāre; currō, currere)</p>	 <p>Hoc est ambulāre, sed</p>  <p>quī consistit: , non iam ambulat!</p>
<p>aspicio, aspicere (= videō, vidēre)</p>	<p>Quintus Marcum aspicit</p> 

<p>abeō, abīre (= discēdō, discēdere)</p>	<p>Aemilia et Iulia sunt in peristylō. Sed Iulia videt pulchrās rōsās in hortō. Puella ab Aemilia discēdit = Iulia abit ab Aemiliā et intrat in hortum.</p>
<p>accipio, accipere (↔ dō, dāre)</p>	<p>Paulus Aemilius</p>  <p>Paulus et Aemilius amīcī sunt. Aemilius Paulō panem dat. Paulus panem ab Aemiliō accipit.</p>
<p>ornō, ornāre (=adornō, adornāre)</p>	<p>Multae fēminae ornamentīs delectantur quia iīs ornantur.</p> <p>Aemilia</p>  <p>Aemilia multa ornamenta habet, quibus ornātur. Ornamenta Aemiliam ornant = ea Aemiliam adornant.</p>
<p>clamō, clamāre</p>	 <p>Parvus puer clāmat</p>
<p>ostendō, ostendere (= monstrō, monstrāre) (↔ occultō, occultāre)</p>	 <p>Albīnus in tabernā suā līneas margaritārum et alia ornamenta ostendit.</p>
<p>constō, constāre</p>	 <p>Ānulus gemmātus centum sestertiīs constat Pretium ānulī gemmātī est centum sestertiī.</p>

<p>conveniō, convenīre</p>	 <p>Lydia: - aspice, Mede, ānulus ad digitum medium non convenit, sed ad digitum quartum!</p>
<p>alius, -a, -ud</p>	<p>Romae multae tabernae sunt. Aliī tabernariī ornamēta vendunt, aliī māla et pira, aliī librōs, aliī vendunt rōsās et līlia...</p>
<p>ille, illa, illud</p>	<p>Hic ānulus: ānulus qui est prope mē. Ille ānulus: ānulus quī est procul ā mē.</p>
<p>tantus...quantus (adi.)</p>	 <p>Lydia: ānulus ad digitum quartum convenit quia digitus quartus non est tantus quantus digitus medius.</p>
<p>satis (adv.)</p>	<p>Quot sestertiōs habet Mēdus in sacculō suō? Nonaginta sestertiōs habet. Quot sestertiīs constat ānulus gemmātus? Ānulus gemmātus constat centum sestertiīs. Pretium ānulī gemmātī est centum sestertiī. Itaque, pecunia quam Medus in sacculō habet non satis est!</p>
<p>nimis (adv.)</p>	<p>Quot sestertiōs habet Mēdus in sacculō suō? Nonagintā sestertiōs habet. Quot sestertiīs constat ānulus gemmātus? Ānulus gemmātus constat centum sestertiīs. Pretium ānulī gemmātī est centum sestertiī. Itaque, pecunia quam Mēdus in sacculō habet non satis est! Pretium ānulī nimis magnum est!</p>
<p>aut (coni.)</p>	<p>Quī ante tabernam Albīnī consistunt, aut ornamēta emunt, aut non emunt et discēdunt!</p>